



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati  
Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos  
centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera**

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati  
restituta, & indicibus locupletata

De Tempore

**Landsberg, Johannes Justus**

**Coloniae Agrippinae, 1631**

Iesus à Discipulo proprio est venditus Articulus I.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47044](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-47044)

ite ei fingere falsam promissionem. Versipellis enim erat, nequam: & simulari potuit pietatem in verbis, qui plenus erat dolo & iniquitate. Quid murum, si putauit se decipere posse Dominam Mariam, ut maliciam cordis sua non posset agnoscere, quando etiam putauit nequissimam simulationem suam in osculi proditione Christum non posse intelligere? quando putauit, quod per signum falsum amicitiae crudelissimam eius traditionem magistro posset detergere (vt infra sequitur) Dicebat enim ei: Ave Rabbi, interim oscula eum: quasi Dominus osculum attenderet, & prauitatem cordis suum intelligeret. Sic etiam nunc matri potuit ficto pietate respondere: Charissima Domina, nihil mali timeatis Filio tuo, charissimo magistro meo. Non enim aliquid mali eneniet ei. Neque pueris quod tam male affecti subtili Scribae & Pharisei. Ex predicationibus ipius liberoribus contra ipsos, sunt nonnihil commoti: sed cito cessabit illa commotio cordis eorum. Sed tamen si mali aliquid illi machinatis fuerint, hoc ipsum tibi protinus notificiam, illiisque ad mortem adstanti fideliter, illumque defendam quantum potero. His similibusque verbis vulpinis & simulatoriis ab illo nequam proditore prolati, beatissima Virgo Maria non quidem omnino simpliciterque fidem adhibens (quandoquidem spiritus eius nondum quiescere a plenum potuit) sed tamen aliquo modo ab extra videbatur, animo equore & contenta magis.

**I E S V S A D I S C I P U L O T R O P O R I O  
est venditus. Articulus I.**

**I**ntraea Iudas auarus & nequam dolens adhuc de ablata occasione illius furandi scilicet triginta denarios de precio vnguenti, & volens illos recuperare, considerauit Iudaeos conspirasse, quomodo Iesum occident, & tractare inter se quomodo hoc fieri posset sine tumultu. Et videlicet se opportunitatem habere exequenda proprias voluntatis prauas, eo quod Dominus iam non erat Hierosolymis, sed invenit in Bethania, perrexit Hierosolymam solus, quasi aliquid negocij habens, & verè magnum negotium habebat, & tractabat. Inuenit autem principes, & seniores Iudeorum, & scribas tunc congregatas in confilio contra Iesum, ad quos intravit, non rogatus, non vocatus, sed propria sua malignitate instigatus, & dixit illis: *Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradem?* Ego scio quid trahet, scilicet tumultum populi. Quid ergo dabitis mihi, & ego tradam vobis sine turbis? Et notate quam villem estimauit Dominum Iudas: Non dixit: Tantum mihi dabitis, sicut solet fieri pro re chara, vel praciofa, sed Quid vultis mihi dare? Quasi diceret: Ego constituo in voluntate vestra, quid debitis mihi: quia non magnipendo, non preciosum facio magistrum meum At illi promiscentur, & pacti sunt pecuniam se daturos. Et constituerunt ei triginta argenteos. Si minus constituerent, minus accepisset. Pensare quantam tristiam inde habuit pessimus Dominus, quātam ignominiam bonum & infinita bonitatis, vilipensis est adeo, & pro tam vili prece venditus, & hoc à discipulo suo, præsertim cum talis vilipensio redundet

**Matt. 26.  
Marc. 14.  
Luc. 22.**

**Luc. 22.**

IN PASSIONEM DOMINI.

259

Eccle. 2.

In Patri: quia filii ignominia, dedecus est sui patris. Sed quid debemus  
dixerit ex hoc Articulo? Primo, quam verum sit quod Apostolus dicit: *Ras*  
*et omnia malorum est cupiditas. Ecce in quantam cæcitatem cordis venit lu-*  
*stis quid my-*  
*dis, ex cupiditate pecunie, ut videlicet magistrum sum, authorem vitæ stice.*  
*traderet in mortem. Vide quāta peccata veniunt ex avaritia. Vnde furtū,*  
*latrocinia, prædationes, odia, usuræ, innumerabilia mendacia, & fraudes, Mala, quanta*  
*urations falsæ ementium & videntium, nonne ex avaritia? Secundo in-*  
*frimur, venos non vendamus Christum. Ecce quomodo detestamur &*  
*maledicimus Iudam, quod Christum vendidit, & nos sepe Christum vendi-*  
*mus. Quomodo? In omni peccato, præseriat mortali. Intendite quæ dico:*

*t. Timoth. 6.*  
*Quisquis est sine peccato mortali, quisquis charitatem habet, Deum habet:*

*quia Deus (inquit Ioannes in epistola) est charitas. Ecce habes charitatem, ha-*  
*bies Deum in anima tua. Anima tua est hospitiū in quo Christus habitat. Ad-*  
*vertit hoc ille pessimus mercator, imo spoliator humani generis inimicus, Mercator*  
*vult tecum mercari, ut tibi tollat Christum, non ut ipse habeat (ipse tamē*  
*non copie eum, quia non diligit eum, nec potest habere eum) sed vult tibi*  
*tollere, ut tu nō habeas. Quare! Ex inuidia. Seit enim magnum bonum esse*  
*habere Deum, & quia ipse non potest habere hoc bonum, non fauet tibi ut*  
*tu habeas. Quomodo hæc facit? Proponit tibi species rerum, delectationes*  
*creaturerum illicitas, Deoq; contrarias, & cum quibus Deus non potest esse,*  
*utcum illas admireris, Deus à te fugiat. Verbi gratia: Proponit tibi speci-  
es mulieris, suadet tibi delectationem peccati, quām fortè aliquando ex-  
pertus es, aut si adhuc virgo es, suadet tibi ut experiaris. Incendit curiosita-  
tem in te, id est, magnum desiderium sciendi. Quid tamen sit in hoc pecca-  
to luxurie, pro quo homines adeo insaniunt (o quot virgines in veroque se-  
Curiositas  
xu perierunt, magis ducti curiositate, volentes experiri, quām tentatio virginibus  
ne carnis, id est, libidine) quando sicut tibi suadet, & ex officina sua varias spe-  
cies peccatorum tibi proponit, quasi species mercantium, secundum vari-  
as concupiscentias tuas, quid aliud facit, quām, quasi dicat, Depone à te Chri-  
stum, exclude Deum à corde tuo, & ego dabo tibi illam, & illam delectatio-  
nem peccati pro illo! Si iam tu adeo fatuus es, & consentis ei, & peccas: quid  
alud fecisti, quām quod vendidisti Christum Deum, & Dominum, & cre-  
atorem tuum, pro una modica delectatione peccati, qua ad momentū vix  
durat & transit, & finitur? Ecce qualēm negotiationē fecisti. Cōparasti bre-  
uissimā delectationē peccati (qua in suo initio extinguitur & finitur) ab ho-  
me suo crudelissimo, qui interfecit animam tuam: cōparasti etiam tibi æter-  
nas miseras, æternum ignem, pœnam nunquam terminandam: & pro illis  
dediti Dominum Deum tuum, qui vitam praestabat animæ tuæ, & voluit  
te introducisse ad regnū semper næ beatitudinis, vbi nulla est miseria, sed  
sempererna lætitia. Si iam interrogarem vnumquemq; vestrum, virtutemvis  
et duobus quod preciosius, dignius, & utilius est, an hoc quod vilius, indi-  
gnus, deploratus? Omnes dicaretis. Quod melius & dignius est. Quis al-  
ter diceret? Si iterū interrogo, quid est melius, Deus cum regno suo celorū,  
an luxuria cū inferno? quis est qui nō dedignetur talē quæstionem, & dicat:  
Qæ comparatio Dei ad luxuriā? Ecce quomodo tunc cōveniuntur, & vendi-  
tur Deus, quasi vilius, & luxuria eligitur, & præfertur quasi melior. Nonne*

Negotiatio  
omnium da-  
mnatissima

culosa fit.

KK 2 hoc

VI  
21

hoc est Christum Deum tuum vendere, quando ipse reprobatur, & luxuria eligitur? Sic est de unoquilibet peccato mortali. Hinc vides modo, quod non semel venditus est Christus: sed quotidie venditur pro turpissimis peccatis, quae nefas est nominare.

*I E S V S A M A T R E S V A E S T L L  
centius, Articulus II.*

**I**AM dixi ante charissimi, Dominum Iesum quartu feria remansisse in Bethania, cum matre, & ceteris amicis. Quid autem tunc fecerit vel dicterit, non est scriptum in Euangelio. Piè tamen creditur & sentitur à doctribus ac deuotis, quod passionem suam prædixerit matri, sicut prædixerat ante discipulis, quodque præmonuerit & consolatus sit matrem blandè, & quod mater rogauerit eum, si possibil sit alium modum eliga humanae redempcionis, quam moriendo. Si tamen à Patre sic decretum sit, ut scilicet morte sua mundum viuiscet & saluiscet, se non contradicere: sed hoc rogare obnoxius sibi concedi, ut cum moriente possit mori, & cum sepeliendo, sepeliri. Iesum verò respondisti hoc fieri non debere nec expedire, ut ipsa moriatur: sed oportere superfitem relinqu in consolationem discipulorum, in firmamentum fidei, & fundamentum Ecclesiæ noui Testamenti. Quinta igitur feria, cum Dominus Iesus disponebat ire Hierosolymam, ut comederet ibi Pascha, & inciperet passionem suam, yaledixit matre sua. Cogitate vos cum quali tristitia, cum quibus lachrymis. Situm triste est diuortium insano, & caco amore amantium se (hoc scimus quia in talibus sunt experti) quam tristis putaris fuerit separatio talismatis, & talis filii sic se amantium? Putatis quod Maria non fleuerit, quod non intimos gemitos de corde suo virginali emiserit pro filio suo, pro magistro suo, pro Domino suo, pro Deo suo, pro creatore suo? Hic omnia erat ei suis Iesu, caro ipsius & languis. Adeò certum est, ut si etiam velim dicere contrarium, vos non crederetis mihi. Sed forte incidit cuiquam, quod Dominus Iesu occulè recesserit à matre, & ei nihil dixerit. Ego credo quod hoc rieculum sit etiam cogitare, Dominum ita indiscretum ac immodestum fuisse, ut contra euentum talis calamitatis & tristitia, quæ matri accessura erat ex passione sua, non præmoneret eam, & solaretur. Si curam illius habuit patiens, & iam penè moriens in cruce, quomodo non curasse eam ante passionem, & tunc cum in tali specie ultra ipsum non esset visura? Videlicet namque eum postea in cruce, sed non ut modo: verum, sicut non habentem speciem neque decorum, ut leporum & percussum à Deo, ut nouissimum virorum, virum sciontem dolorem & infirmitatem. Sed dicit quis: An etiam fleuerit Iesus yaledicendo & recedendo à matre. Ego non audeo dicere ipsum non fleuisse (licet non sim certus) Nos scimus ex Euangelio ipsum validè amare fleuisse pro morte Lazari, quem tamen parabat resuscitare. Unde & qui astabant, videntes ipsum flentem, dicebant: Ecce quomodo amabat eum. Piègitur estimandum est, quia plus amauit Mariam, quam Lazarum ex naturali affectu filii ad matrem (quia vere homo erat & passions naturales habebat, sub imperio tamen rationis, & sine peccato) quadruplicando fleuerit: Quantumcunque tamen triste fuerit illi à matre recedendo & se

**Matth. 20.  
Marci 10.  
Luci 18.**

**Diuortium  
Christi à sua  
matre quam  
socii tristis.**

**Iean. 19.10.**

**Esaix 53.**

**Iean. 11.**